q̃ uindicare magni nanq; animi est iniurias despicere. Illæ magnus &
nobilis est: qui more magnæ feræ latratus minimorũ canum securus
exaudit. Quid est gloriosius q̃ iram amicitia mutare? Irascetur aliqs
tu cõtra beneficiis prouoca:illæ est melior:qui prior pedem ab ira ret-
tulit. Alter uero Seneca poeta philosophi nepos ex fratre:ut alibi ostẽ seneca
dam:in Hercule furente ait:Quum uictor arma posuit: & uictum de poeta
cet deponere odia.¶ Iram meminisse malorum ẽ:Vt enim Plato scri- anima
bit Epistola.vii.Credẽdum est re uera semper antiquis sacrisq; uerbis: punief
quæ nobis nunciant immortalem esse animum:iudicesq; habere:sup
pliciaq; pati maxima:postq̃ a corpore fuerit separata:quamobrem mi
nus malum existimandum est:perpeti grauissimas iniurias a delinq̃n-
tibus illatas:q̃ inferre.

Quod sequitur specta:quodq; imminet ante uideto:
Illum imitare deum:partem qui spectat utranq;.

¶ Vt futura:& præterita cõsideremus iani more:qui cum bifrons esse
dicatur anteriora conspicit:& posteriora:hic precipit:Sic enim multa
uitare poterimus ob futura:& præsentia rectæ cõponere.¶ Quod seq Prudẽ
tur specta &c.Ea quidem sunt prudentiæ officia:de qua Cicero libr.ii. tia
reth.sic prudentia est rerum bonarum:& malarum sciẽtia:partes eius memo
memoria:intelligentia:prouidẽtia:memoria est:per quam animus re- ria
petit illa:quæ fuerunt:Intelligẽtia est:per quam ea perspicit: quæ sunt: intelli
prouidentia est:per quam futurum aliquid uidetur:anteq̃ factum sit. gentia
¶ Q.d' sequitur specta &c. Virtutes hic intellectiuas utẽdas consulit: Proui-
Nam ut Philosophus li.i.ethi.ait:uerũtamen alias intellectiuas: alias dentia
morales dicimus esse:sapiẽtiam quidem & prudentiã:& sagacitatem: Virtu-
intellectiuas:Liberalitatem uero:& temperãtiam:morales. Nã quum tesdue
de moribus cuiusq; loquimur: non sapientem illum:aut sagacem:sed
mitem:aut temperantem dicimus esse.¶ Illum imitare deum &c. Cy Ianus
prianus de idolis sic:Ianus bifrons exprimitur: q; in medio cõstitutus bifrõs
annum incipientem pariter:& recedentẽ spectare uideatur.Et Macro

bius libro primo sat. ait de iano. Creditur geminam faciem prætulisse: ut quæ ante: quæq; post tergum essent: itueretur. Quod procul dubio ad prudentiam regis solertiaq; referendũ est: qui & præterita nosset & futura prospiceret. Quidam uero ideo eum dictum bifrontem putant: q & præterita scierit: & futura prouiderit. Ianum quidam solẽ demonstrari uolunt: & ideo geminũ quasi utriusq; ianuæ cælestis potentem qui exoriens aperiat diem. occidens claudat. Alii mundum idest cælum esse uoluerunt. Ianumq; ab eundo dictum q mũdus semper eat. dum in orbem uoluitur. & ex se initium faciens in se refertur. Ideo & apud nos in quatuor partes spectat. ut demonstrat simulachrum eius faleris aduectum. Caius Bassus Ianum bifrontem fingi ait. quasi superum atq; inferum ianiterem. eundem quadriformem. quasi uniuersa climata maiestate complexum. Saliorũ quoq; antiquissimis carminibus deorum deus canitur. ¶ Illum imitare deum &c. Chilo lacedæmonius dicebat futurorum prouidentiam ratione comprehendi posse pro uirtute uiri. Et pittacus mytileneus aiebat prudentium uirorum esse. priusq̃ aduersa cõtingant. prouidere ne ueniant. fortium uero quum illa contigerint æquo animo ferre. Et Bion tantũ prudentiam ab uirtutibus cæteris differre asserebat. quantum uisum ab aliis sensibus.

Ianus bifrõs

Ianus unde

Ianus quadrifrons

prouidentia aduersa prudẽtia

Sermones blandos blesosq; cauere memento
Simplicitas ueri fama est: fraus ficta loquendi

¶ Sensus est: noli esse blãdus: & adulator. nec blæse loquaris idest implicite: & sub tegmine: & ficte: sed explicite. aperte. & uere. Quoniam simplicitas ueri. i. uera simplicitas & puritas fama est & laus ficta uero simplicitas loquendi. fraus & dolus est. Te igitur admonet: Cato ut nullo pacto blandus sis: & fictus. q ueri simplicitas laudi accedit ficta uero loquendi simplicitas fraudi ascribitur. Tunc autem quis dicitur esse simplex fictus. quũ sub amicitiæ colore & gratia dicet illi. Te me diu fidius semper amaui: nec solitus sum mẽtiri alicui: q mihi ueritas atq; simplicitas ipsa imprimis gratæ: itaq; tibi consulo uelis ab hac re desistere q minimi præcii fertur esse nec te tuisq; maiorib⁹ digna &c. Sicq; huiusmodi ficta simplicitas fraude nõ caret. Nam malus ubi bonum se simulat tunc est pessimus. ut Seneca inquit. ¶ Sermones blãdos. idest dulces suaues adulationeq; plenos blesos autem. i. cõfusos implicitos nõ satis apertos. & incisos ac frigidos quod quidẽ tunc fieri solet quum forte quis alicui operam suam & opem aliquã pollice-

Simulator

tur inuitus & ficte ac frigide quod certe ſine fraude nõ eſt hinc te Ca-
to admonet ut id ſermonis genus uites omnino. ¶ Sermones blan-
dos bleſoſq̨ cauere memento Plato etiam in gorgia ſcribit omnem
adulationem circa ſe ipſum & alios fugiendam eſſe. Et Seneca ait ma
lo ueris offendere q̃ placere adulando & ꝓpertius libro primo. Quiſ
quis es aſſiduas aufuge blanditias. Et Caſſiodorus in epiſtolis inquit.
Adulatio blanda omnibus applaudit omnibus ſaluo dicit prodigos
uocat liberales auaros parcos: & ſapientes. Et Hieronymus ad cælan
tiã ait. Adulatoꝝ quoq̨ aſſentationes & noxia blandimenta fallaciæ
uelut quaſdam peſtes animæ fuge: nihil eſt quod tam facile corrum-
pat mentes homiuum nihil eſt quod tam dulci & molli uulnere ani-
mum feriat. Antiſtheneſq̨ præſtare dicebat neceſſitate urgẽte in cor-
uos q̃ aſſentatores incidere illos: nãq̨ mortuos hos uiuentes deuora-
re. ¶ Simplicitas ueri fama ẽ. hæc dicit quoniã ut philoſophus libro
quarto ethi. ait. Omne mendacium prauum eſt. & fugiendum. Verũ
bonum eſt & laudabile. Verax eſt laudandus: mendax autem uitu-
perandus. Et alibi eodem libro ſic per ſe mendacium quidem impro-
bum eſt & uituperabile. uerum autem probum ac laudabile. Et libro
decimo ait. Sermones igitur ueri non ſolum ad ſciẽdum ſed ad uiuẽ-
dum etiam per utiles eſſe uidentur. Socrates quoq̨ libro ſexto de re
pu. platonis iubet Mendacii expertes eſſe debere neq̨ ſponte mentien
dum unq̃: ſed omnem odio habendam falſitatem: diligẽdamq̨ ueri-
tatem. Et Seneca epiſtola. xlviiii. ait. Aperta decent & ſimplicia boni-
tatem. Et Socrates in Theeteto Platonis de ſcientia inquit. Vera por
ro opinari: pulchrũ eſt mentiri turpe. ¶ Simplicitas ueri fama eſt. hinc
Cyrus libro tertio Xenophontis: Tygranæ armeniæ regis ab ſe capti
filio dixit. Primum tibi conſulo in cauſa loqui uera: quo tibi id unum
deſit: quod eſt odioſiſſimum. Namq̨ apertum mẽdacium: ut ſcis im-
pedimento eſt hominibus maximæ ad ueniam cõſequendam. ¶ Fra
us ficta loquẽdi. Lactãtius libro ſexto capitulo decimoctauo inquit.
Cultor dei non mentiatur unquam decipiendi aut nocendi cauſa eſt
enim ne fas eum qui ueritati ſtudeat: in aliqua re eſſe fallacem atque
ab ipſa quam ſequitur ueritatem diſcedere. In hac iuſtitia uirtutumq̨
omnium uia: nullus mẽdacio locus eſt. Et pittacus mytileneus aiebat
ita. Nam fidum nihil lingua loqui preualet: dum cordi duplex alte in
ſedit ſenſus. Lactantius etiam inquit. Nunq̃ mentiẽdum eſt ꝙ menda
cium ſemp aut fallit: aut nocet. Non eſt uir iuſtus: quia nõ ſine noxia
uitioſo ſermõe mentiꝛ: hinc uero nec adulari licet ꝑnitioſa ẽ. n. ac de-
cẽptrix adulatõ: ſ ubiq̨ cuſtodiat ueritatẽ. q̃libet ad pñs ſit ĩſuauis, tñ
quũ fruct⁹ ei⁹ atq̨ utilitas appuerit ñ odiũ piet: ut ait poe. ſ grãz ac Ci.

adulatio
adularii
Blanditiæ
adulatio
Aſſentatio
Aſſentator
mẽdacium
ueritaſ
Verũ
mẽtiri
Verũ
ſimplicia
Veritas
cultor
dei
fallax
Duplex
mẽdacium
adulari
Veritas
adulatio

in Lælio ita scribit. Sic habendum est. Nullam in amicitiis pestem esse maiorem q̄ adulationem: blanditias: assentationem: quamuis. n. multis nominibus est hoc uitium notādum: leuium hominum atq; fallacium: ad uoluntatem loquētium omnia: nihil ad ueritatem. Cum autem omnium rerum simulatio est uiciosa. Tollit enim iudicium ueri: idq; adulterat. Tum amicitiæ repugnat maximæ: delet enim ueritatē: sine qua nomen amicitiæ ualere non potest.

q̄uis

Simulatio ueritas

Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis:
Ne retinere uelis si cœperit esse molesta

¶ Ordo: & sensus est: fuge. i. uita: ne ducas uxorem sub nomine dotis ne uelis retinere. i. ne cupias expellere: si cœperit esse molesta. ¶ Fuge ne ducas: etiam absq; ne: quo ad sensum benediceret. Nam uerior: Timeo: metuo: nego: caueo: fugio: & huiusmodi idem efficiūt: uel cum negatione uel sine ea: ut Vereor ne ueniat: & uereor ut ueniat: Timeo ne moriatur: & timeo ut moriatur: & caue te tristem sentiat: & caue ne te tristem sentiat. Item nego fecisse illud: & nego: non fecisse illud. Testis in hoc Maro libro tertio ænei. ubi ait: ipse diem noctemq; negat discernere cælo: Nec meminisse uiæ media palynurus in unda: Est enim ordo: Ipse palynurus negat discernere: celo idest a cælo: & sideribus diem & noctem: Negat: nec meminisse uiæ in media unda: ratio est: quoniā post negat: infinitiua oratio sequitur: u; nec meminisse uiæ. ¶ Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis. Chilo itē Lacedæmonius dicebat. Vxorem humilem apparatu modico ducendā & Cleobolus aiebat: Vxorem tibi parem eligendum: nam si clariorē te duxeris īquit: affines dn̄os habebis. Et Socrates duas duxit uxores priorem Xantipen. Secundā myrtonen aristidis illius iusti filiam: quā & sine dote accepit. Paulus item epistola. i. ad Tymotheum ait: mulieres oportet esse pudicas: non detrahentes: sobrias: fideles in omnibus Mansuetudo etiam sit mulieris: & domus curā habens quibus uerbis ostendit pudicitiam sobietatem. fidem: mansuetudinem: mulieris precipuas dotes: Non aūt argentum: nō aurum: Quando præterea ducēda sit uxor. lib. v. de repu. platonis socrates edocet inquiens: Mulier a uicesimo ætatis anno incipiēs: usq; ad quadragesimum pariat: Vir aūt postq̄ acutissimum sui cursus uigorem trāsierit. Annos scilicet triginta: Inde usq; ad annos quinq;: & qnquaginta procreet. Idemq; Plato lib. v. de legibus inquit: Nemini præterea aut dare dotes: aut accipere liceat: Et Ausonius poeta scribit. Sæpe in coniugib⁹ fit noxia: si nimia est dos. ¶ Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis. Plato etiam libr. vi. de legibus dixerat eū: qui in cōnubio pecuniis inhiat: non lege scri-

Virgilii loc⁹

Vxor qualis

Socratis uxores

Mulierum Virtutes

Vxor docenda

Virge nerans dotes dotes

pta arcere debemus.sed opprobriis:& increpationibus absterrere:mu lieribus enim contumeliosus fastus minor erit:minor & uiri humilis illiberalisq; seruitus.Idem quoq; in menone de uirtute ait.Est enim mulieris uirtus domum recte gubernare:dum custodit domestica:uiroq; obedit.Seneca etiam poeta ostendit.Vxoris proprium esse debere:& dotem præcipuam:pudicitiam:decus:fidem:probitatem.ait enī in octaua sic:probitasq; fidesq;:coniugis:mores:pudor:placeant marito.Sola perpetuo manēt subiecta nulli mentis atq; animi bona.Florem decoris singuli carpunt dies. ¶Ne retinere uelis:si cœperit esse molesta.Quanam de causa uxor dimitti possit:christus in Matthæo ostendit his uerbis.Omnis qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa:facit eam mechari:& qui dimissam duxerit:adulterat.Marcus autem euangelista ita scribit.accedentes pharisei interrogabant eum:scilicet uiro uxorem dimittere:tentantes eum At ille respondens dixit eis.Quid uobis præcepit Moyses?qui dixerunt:Moyses permisit libellum repudii scribere:& dimittere.Quibus respondēs Iesus ait.Ad duritiam cordis uestri scripsit uobis præceptum istud.ab initio autem creaturæ masculum:& fœminam fecit eos deus:propter hoc relinquet homo patrem suum:& matrem:& hærebit uxori suæ.& erunt duo in carne una:itaque tam non sunt duo:sed una caro:quod ergo Deus coniunxit:homo non separet.Quicunque dimiserit uxorem suam.& aliam duxerit:adulteriū committit super eam:& si uxor dimiserit uirum suum:& alii nupserit:mechatur.

¶Ne retinere uelis:si cœperit esse molesta.Interdum enim dominantur uxores ob amplitudinem patrimonii:non igitur fiunt imperia ob uirtutem:sed ob diuitias:& potentiam:hæc philosophus lib.viii.ethicorum.Plato etiam lib.xi.de legibus de diuortio faciendo sic:si uir & uxor propter morum acerbitatem inuicem non conueniant:decem uiri de lesum custodibus:qui medii sint:& decem mulieres de curatricibus connubiorum prouideant:quorum sententia si ita conciliati fuerint:ualida.& stabilis habeatur.Sin autem illorum animi uehementius etiam iracundia fluctuent:facto diuortio illos pro uiribus quærant:qui utrisque conueniant.Procreandorum liberorum causa coniugium rursus querere compellendi.uel senectutis mutuo curandæ gratia diuortio facto aliud coniugium meant. ¶Si cœperit esse molesta.Vt Salomon in prouerbiis inquit:Melius habitare in terra deserta:quam cum muliere rixosa.& iracunda.Et libro secundo de arte Ouidius.Dos est uxoria lites.& Iuuenalis:Incole rabilius nihil est:quam fœmina diues.

Mulieris uirtus uxoris Virtutes

Vxor dimittenda

coniugia nō separanda

Vxor dimissa

Vxorꝫ superbia

Diuortia

Senectutis coniugium

Multa legas facito:perlectis perlege multa:
Nam miranda canunt:sed non credenda poetæ.

¶Sensus est:legenda esse multa:ubi uero perlegeris:multa rursus per legenda:poetæ autem miranda canunt: sed non credenda. ¶Multa legas facito:Aristippus glorianti cuidam:ꝙ multa didicisset: ait. Sicuti non hi: qui plurima comederunt: melius ualent: q̃ qui sumunt necessaria:ita non qui plurima:sed qui utilia legerunt:studiosi habendi sunt:& eruditi:Hieronymus autem prologo Geneseos inquit:Daniel in fine sacratissimæ uisionis ait:iustos fulgere quasi stellas: & intelligentes:idest doctos quasi firmamentum:uideas quantum inter se distant iusta rusticitas:& doctorum iustitia:alii stellis:alii cœlo comparantur. ¶Multa legas facito: perlectis per lege multa. Melius est parum scire de rebus nobilioribus: quam multum de rebus uilioribus inquit Auerrois libro secundo. de cœlo. & philosophus libro secundo. de anima scribit. Ille intellectus: qui plura intelligit: non est nobilior: sed qui digniora. Et Themistius ait:Ea quæ scimus sunt minima pars eorum: quæ ignoramus: itaque multa legenda sunt. Et teste philosopho libro primo de anima: Scientia est de numero bonorum honorabilium: merito igitur Cato iste præcipit:multa per legenda: ut scire possimus. ¶Multa legas facito: Quod Seneca edocet epistola secunda. Hic iure optimo scribam:ait enim ad lucillium. Illud autem uide:ne ista lectio multorum auctorum:& omnis generis uoluminum habeat aliquid uagum:& instabile:certis ingeniis immorari:& innutriri oportet:si uelis aliquid trahere:quod in animo fideliter sedeat:nusquam est:qui ubiq; est. In peregrinatione uitam agentibus:hoc euenit:ut multa hospitia habeant:nullas amicitias. Idem accidat necesse est eis:qui null us se igenio familiariter applicant:sed omnia cursim:& properanter transmittunt. Non prodest cibus:nec corpori accedit:qui statim sumpt⁹ emittitur. Nihil æque sanitatem impedit:q̃ remediorum crebra mutatio:non conualescit plãta:quæ sæpe transfertur. Nihil tam utile est:quod in transitu prosit. Distrahit librorum multitudo:probatos itaq; semper lege:& si quando ad alios diuerti libuerit:ad priores redi. Et quum multa percurreris: unum excerpe:quod illo die concoquas. Hoc ipse quoq; facio:ex pluribus:quæ lego aliquid apprehendo:idem Seneca epistola. cv. sic. inter studia uersandum est:& inter auctores sapientiæ:ut quæsita discamus:nondum inuenta:quæramus. Epistola uero. cix. inquit:Nec passim carpenda sunt omnia:nec auide inuadenda uniuersa per ptes per

Legenda utiliora
Iusti docti
meliora discẽda
Scia quid
Lectio qualis
Cibus
Remedia
Planta
legẽdi
Edıscẽdum electa
Studẽdũ est.
Lectio qualis

nitur ad totum:aptari onus uiribus debet:nec plus occupari: q̄ cui sufficere possimus. Non quantum uis:sed quantum capis hauriendū est:quo plus recipit animus:hoc se magis laxat. ¶Multa legas facito: Iccirco legenda sunt multa:& discendum:q̄ amicis ac discipulis iugiter aiebat Aristotiles:aspectus quidem a continenti aere lumen accipit:animus autem a disciplinis liberalib⁹:dicebat etiam: disciplinam optimum eē uiaticum ad senectutem. Et Diogenes:disciplinam iuuenibus quidem sobrietatem:senioribus solatium:pauperibus diuitias: diuitibus ornatum esse:dixit. Et Hieronymus in Aureolis ait. Crebrius lege:& disce q̄plurima:& tenenti codicem somnus obrepat: & cadentem faciem pagina sancta suscipiat. ¶Multa legas facito. Hinc & Hieronymus in aureolis scribit illa. Statue quot horis sanctam scripturam debeas:& quanto tempore legere:non ad laborem: sed ad delectationem:& instructionem animæ:sic autem erudienda est anima: quæ futura est templum dei:q̄ nihil aliud discat audire: nihil loqui: nisi quod ad timorem dei pertinet. Turpia non intelligat: cantica mundi ignoret. Quid enim eruditione melius:quid suauius disciplina. ¶Nam miranda canunt:sed non credenda poetæ. Nam hoc loco sed:uel autem significat:ut etiam apud Iuuenalis saty.ii.ibi quidem. Nam perfectissimus horum &cæ. At si diceret: perfectissimus autem horum &cæ. est igitur ille sensus. poetæ autem miranda canunt: sed non credēda In Valerio quoq̄ maximo. Nam pro autem uel sed passim legitur:& alibi:si diuersa sententia subsequatur ¶Nam miranda canunt:sed non credēda poetæ. Multa mentiuntur poetæ inquit Aristotiles libro primo. meth. Item Philomyter: & fabularum amator est aliqualiter philosophus: quia fabula ex mirabilibus constituitur. Et commentator libro secūdo meth. ait. Consuetudo audiendi Apologos: & maxime fabulas: impedimentum est:in cogitationem ueritatis: Lactantius uero libro primo. c.iii. scribit: poetæ officium esse in eo:ut ea:quæ gesta sunt uere: in aliquas species obliquis figurationibus cum decore aliquo conuersa traducant. Multa in hūc modum poetæ transferunt: non ut in deos mentiantur:quos colunt: sed ut figuris uersicoloribus uenustatem ac leporem carminibus suis addāt. Qui autem non intelligunt quomodo: aut quare quicque figuretur:poetas uelut mendaces: & sacrilegos insequuntur. Et Seneca in epistola octaua inquit: quam multa poetæ dicunt: quæ a philosophis: aut dicenda:aut dicta sunt. ¶Nam miranda canunt: sed. non credenda poetæ. Iccirco Socrates in Lyside Platonis de amicitia inquit. Sed iter: quod nunc ingressi sumus:poetarum adminiculis paragendum: ii nanque nobis tanquam patres: atque duces sapientiæ

Disciplina
Disciplina
Legendū sæpe
Legendum q̄liter
Discēda eruditio
Nam
Phylomiter
fabule
poetæ offm̄
poetæ dicta
poetæ sapientes

ſunt. Idem quoq; Socrates in ione Platonis de furore poetico ait: Ip-
poetæ furor ſa muſa poetas diuino inſtinctu concitat: Omnes itaque carminum
poetæ inſignes: non arte: ſed diuino afflatu: præclara poemata conci-
nunt. Neq; poeta prius canere poteſt: q̄ deo plenus: & extra ſe poſitus:
& a mente alienatus ſit: Nam quādiu mente quis ualet: neq; fingere
poetæ quid carmina neq; dare oracula poteſt: poetæ autem nihil aliud ſunt: q̄ deo-
rū interpretes: dū ſunt furore correpti: a quouis numine quis corripia-
tur. Et protagoras in ſophiſta platōis inquit: Ludi magr̄i pueris poſtq̄
poetæ legēdi litteras didicerunt: poetarum imprimis excellentium opera legenda:
ediſcendaq; proponunt: quibus monumenta q̄plurima inſerūtur pri-
ſcorumq; uirorum uirtute præſtantium geſta laudātur: ut puer æmu-
latione accenſus præclara maiorum facinora imitetur. Vtq; Lactātius
libro quinto capitulo quinto oſtēdit: poetæ philoſophis multo prio-
res fuerunt: & ante natum philoſophiæ nomen p ſapientibus habebā-
poeta ſapiēs tur. Sed non credēda poetæ: hoc equidem ait: quoniam dicebat ze-
no ad perceptionem diſciplinarū nihil eſſe alienius poetica: nulliuſq;
nos rei maiorem inopiam perpeti q̄ temporis. Et Hieronymus in Au-
Poetica reolis inquit: nobis uero nihil placet: niſi quod eccleſiaſticum eſt: quā-
do philoſophos legimus: quādo in manus noſtras libri ueniunt ſapi-
poetæ legēdi entiæ ſæcularis: ſiquid in eis utile reperiamus: ad noſtrum dogma cō-
uertimus: ſiquid uero ſuperfluum de idolis: de amore: de cura ſæcula-
rium rerum: hoc radim⁹: his caluitiem inducimus: hoc unguium mo-
re ferro acutiſſimo deſecam⁹: patet igitur iis hieronymi uerbis: & poe-
poetæ ſint hōeſti tas legendas eſſe: hauriendaſq; inde ſententias uitæ hominum utiles:
Quod certe ipſe quoq; de uirtute poetica ſcribens iampridem in ipſo
adoleſcentiæ limine ultro peregeram. Sed non credēda poetæ: pro-
pterea Plato libro ſeptimo de legibus ſcribit: Nemo poeta præter ciui-
tatis leges: & iuſta uel honeſta uel bona: fingere quicq̄ audeat. Nec li-
ceat: quæ cōpoſuerit: ulli priuatorum oſtendere anteq̄ conſtituti hac
de re iudices: legumq; cuſtodes: & uiderint: & approbauerint.

Dilige denarium ſed parce dilige formam
Quam nemo ſanctus nec iuſtus captat habere

Conſulit Cato denarium diligendum: eius uero formam: & figurā
parce & modice diligendam: q; ſanctus quilibet ac bonus uir denarii
pecūia diuitie formam ſpernit: libenterq; ubicunq; fuerit opus impendit. Eſt ergo
ſenſus: ut denarium diligas: ſed impēdito ubi opus eſt. Nam ut Sene-
ca inquit: pecunia ſi uti ſcias: Ancilla eſt. ſi neſcias dn̄a eſt: & alibi ait.
Quæ ſunt maximæ diuitiæ? non deſiderare diuitias: Et in pſalmo le-

gitur. Diuitiæ si affluant: noli cor apponere: itaq; denariis utamur ho neste: sobrie: modeste: temperanter: pie: iccirco etiam diuitiæ dantur: nõ autem ut stipentur ¶ Sed parce dilige formam. idest impende: & honeste utere: quoniã qui denarii formam diligũt: auari sunt: oblectã tur enim sæpius illam cõspicere: & nũmare: ideoq; minime impende re curãt: etiam si mors adesset: Testis est prima mea: ubi rusticus: & ue nator quidam ægrotatus uxori monenti: ut medicus curationi adhi beret: ait: Noli equidem aureum nũmum cambire: itaq; morbo cre scente relictoq; auro charontis cymbulam adiit: a quo receptum uix ego crediderim: cum & portitor ille auarus dicatur esse. Alter etiam longe priore ditior: liberisq; orbatus Antracem in pectore patiẽs ubi restiit medicum duos petiisse aureolos: respõdit procul a me tale sub sidium: nolo enim id soluere: uxor deinde pietate insignis acciit me dicum illiq; suos impendit: uir demum obiit cum citius medicum mi nime adhibuisset: Sacerdotibus cõstitutis hæredibus: uixerat ille pau per: ut ditior obiret: eiusmodi ergo homines denarii formam nõ par ce: sed maxime diligũt: quod quidem uitio dari debet. ¶ Dilige dena rium. Ut quidem Aristippus diligebat: qui interroganti Dionysio ad quid uenisset: ait: ut quæ habeo imperiar: quæ non habeo accipiam. Alii sic eum respõdisse ferunt. Quando sapientia egebam alii Socra tem Nunc pecuniarum egens: ad te ueni. Quũq; a Dionysio pecuniã ipse Plato librum accepisset: insimulãte eum quodam: ego inquit pe cuniis indigeo: Plato libris. ¶ Dilige denarium: hoc ideo inquit quo niam ut Cicero ait: libro secundo de offi. pecuniæ quærende non so lum ratio est: sed etiam collocande: quæ perpetuos sumptus suppedi tet. Et libro tertio offi. sic. Sapientis est habere rationem rei familiaris neq; enim solum nobis diuites esse uolumus: sed liberis propinquis: amicis: maximæq; reipublicæ Et Hieronymus in prologo geneseos scribit: Sic uiuamus: quasi nihil habentes: & omnia possidẽtes: Victus atq; uestitus diuitiæ christianorũ sunt: Innuit hic sanctus pecunia opus rẽ ad uictum & uestitum dumtaxat. Unde & Paulus etiam inquit: ha bentes uictum: & uestitum: iis contenti simus. Recte ergo & Cato ait: Dilige denarium: sed parce illius formam: ut loco suo: & tempore im pendatur necessitati ¶ Dilige denarium: Sine necessariis impossibile est uiuere ait philosophus libro primo polit. & libro secundo inquit: Impossibile est indigentem studio uacare. At libro decimo eth. sic. Et sapiẽs: & iustus: & cæteri reb⁹ his indigent: quæ necessariæ sunt ad uitã Socrates item in phædone Platõis de anima inquit. Oĩa pecuniarum gratia fiunt: pecunias autem quærere cogimur corporis gratia: usui

Auari exemplum

aristippidem

aristippipecunia

pecũia qrẽda

diuitie hũidæ

Victus Vestit⁹

Necessaria

pecũia

eius inseruientes. Et libro quinto de legibus: idem Plato scribit illa.
Quia nūmis opus est quotidianæ cōmutationis gratia: quæ inter ar-
Nūm⁹ tifices & huiusmodi ferme est necessaria: cum mercenariis: & seruis: &
colonis: merces aliqua debeatur: icciirco Nūmos hr̄e cōcedimus tales
ut apud eos quidem habeantur in precio: a cæteris uero gentibus cō-
temnantur. ¶ Dilige denarium: hæc scribit Cato: quoniam Socrates
sanitas in gorgia Platonis ait. Arbitror equidem te cātilenam illam: quæ cir
forma cum in conuiuiis canitur audiuisse: in qua Cantores ita cōnumerant:
diuitie Optimum quidem esse bene ualere. Secūdo loco esse formosum. Ter
tio habere diuitias (ut uerbis poetæ ipsius utar) nulla fraude quæsitas.
¶ Sed parce dilige formam. Diuites enim sunt non qui diuitias ha-
diuitie bent: sed qui utuntur: illis ad opera iusticiæ: & qui pauperes uidentur
qui eo tamen diuites sunt: quia & egent: & concupiscunt nihil. Lactantius
libro quinto capi. xvi. Et Seneca ad Lucil. inquit. Diuitiarum tibi pos
sessionem nō interdico: sed efficere uolo: ut illas intrepide possideas:
Idem quoq; in libro de beata uita ait. Diuitiæ apud sapientem uirum
diuitie in seruitute sunt: apud stultum in imperio. ¶ Sed parce dilige formā:
aurum pherecydes syrus lacedæmōiis solitus est dicere. Neq; aurum: neq; ar
gentum honorādum. Gestabat præterea Aristippi famulus in itinere
pecuniam: & quum p̄meret onere: effunde ait: quod nimis est: & fer
ea: quæ præuales. At Ptolomæus Soter cū megara Stilphoniæ uictor
aristip optinuisset: ac tradita illi pecunia: oraret: ut in ægyptum secū nauiga
pi ret: tum ille pecuniæ modicum suscepit: eamq; profectionem renuēs
pecūia in æginam contendit: Et Cicero libro secundo de offi. inquit. haben-
Stilpō da est ratio rei familiaris: quam quidē delabi sinere flagitiosum ē: sed
diuitie ita: ut illiberalitatis: auaritiæq; absit suspicio. ¶ Sed pce dilige formā.
Hoc ideo: quoniam Diogenes cupiditatem arcem omniū malorum
cupidi dixit: & seruos quidem dominis: malos autem cupiditatibus seruire.
tas Demetriusq; magnesius ait: Cratem thebanum deposuisse pecuniam
Crates ad Trapezitam ea conditione: ut siquidem filii idiotæ essent: eam illis
redderet: Sinautem philosophi: plæbi distribuerunt: nihilo enim egre
philosophos. ¶ Quam nemo sanctus: nec iustus captat habere. Ratio
diuitie est: quoniam testi Lactantius libro quinto capi. xvi. Diuitiæ non faci
pauper unt insignes: nisi quos possunt bonis operibus facere clariores: & Lu
tatis cano nunq̄ sapiens studet. Apuleius etiā oratione prima inquit. enim
bona uero paupertas olim philosophiæ uernacula: est frugi: sobria: paruo
potens æmula laudis: consilio bene suada: neminē nanq; superbia in-
flauit: delitias uentris: & inguinum neq; uult ullas: neq; potest. namq;
hæc & alia flagitia diuitiarum alumni sunt: paupertas inquam prisca

apud secila omnium ciuitatum cōditrix: omnium artium repertrix omnium peccatorum inops: omnis gloriæ munifica: cunctis laudib⁹ apud omnes natiōes perfuncta: eadem enim paupertas apud græcos in Aristide iusta in platone benigna: in epaminunda strenua: in socra te sapiens: in Homero diserta. Eadem paupertas populo romano im⸗ perium a primordio fundauit: proq; eo in hodiernum diis immortali bus Simpulo & Catino fictili significat. Et in modicæ diuitiæ uelut in gentia: & enormia gubernacula facilius mergunt q̄ regunt: hæc ille. paupertas

¶ Quam nemo sanctus &c. Radix enim omnium malorum est cupi ditas: habentes autem alimenta: & quibus tegimur: iis cōtenti simus: Paulus epistola prima ad Timotheum. Et Christus in Matheo ait: Amen dico uobis: quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum: id autem dixisse uidetur: quoniam facile non est: liberalē diuitem esse ut philosophus scribit libro quarto eth. At ut Hieronymus ait: nec di uiti obsunt opes: si eis bene utatur. ¶ Quam nemo sanctus &c. Chri⸗ stus. n. in Luca. ait. Ve uobis diuitibus: qui habetis cōsolationē u͠ram. Ve uobis: q saturati estis: q͞a esurietis. Ve uobis: q ridetis nūc: q͞a luge bitis: & flebitis: Qui nō renūciat oībus: q̄ possidet: nō pōt meus esse di scipulus. Et Plato lib. iii. de legibus scribit: In quocūq; hominū cœtu: neq; iopia nec diuitiæ sunt: huic iustissimi mores aderūt: neq;. n. ibi cō tumelia: neq; iniuria locum habet. Aemulatio quoq;: & īuidia procul abest libro uero. v. de legibus scribit illa: Diuites autem ualde: simulq; probos esse impossibile: Fieri enim nō potest: ut diuitiis aliquis simul præstet: & probitate. At qui honeste expendit: & iuste solum acquirit. neq; facile diuitiis excellet unq̄: neq; premetur inopia. Recte itaq; ser⸗ mo noster asserit ualde diuites: bonos uiros nō esse: q̄ si boni nō sunt fœlices quoq; non erunt. Apostolus quoq; ait. Qui uolūt diuites fie⸗ ri incidunt intētationem: & muscipulas: & desideria multa: & inutilia: & noxia: quæ mergunt hominem in perditionem: & interitum. diuitie cupiditas diues

¶ Quā nemo sanctus nec iustus captat habere: Pauperes enim & hu⸗ miles deo credūt facilius: qui sunt expediti: q̄ diuites qui sunt impedi⸗ mentis plurimis implicati: imo catenati: & compediti sunt: & seruiūt ad nutum dominæ cupiditati: quæ illos inextricabilib⁹ uinculis irreti uit: nec possunt in cœlum aspicere: q̄ mens eorum in terrā prona: hu⸗ milisq; defixa est. Lactantius libro septimo capitulo primo: & Seneca epistola. cxi. inquit. Turpe enim est: beatam uitam in auro: & argen⸗ to reponere. Curtius item de quodam ait libro quarto. Causa ei pau⸗ pertatis sicut plærisq; probi as erat. Item nimiæ opes magnæ iacturæ locū faciunt. Et Plato lib. xi. de legibus scribit. Diuitiæ. n. hoīum aīo⸗ paupe res diues aurum pauper opes

delitiis:mollitieq; corrumpunt. Hieronymusq; ad Paulinum inquit:
crates Crates ille thebanus homo quondam ditissimus:quũ ad philosophã dum athenas pergeret:magnũ auri pondus abiecit:nec putauit se posse:& uirtutes simul:& diuitias possidere.
Tibullus Tibullus secundus lib.i.ait. Non ego diuitias patrum:fructusque requiro. Quos tulit antiquo cõdita messis auo. Parua sege satis est:satis est requiescere lecto. Scilicet & solito membra leuare thoro. Sæpe solent auro multa sub esse mala.
Aurũ Diuitiæ Iure igitur Hieronymus in aureolis inquit. Omnes nanq; diuitiæ de iniquitate descendunt. nisi alter perdiderit:alter inuenire non potest.
Diues Vnde uulgata sententia mihi uidetur esse uerissima:q̃ diues aut iniquus. aut iniqui hæres.
Auaritia Radix omnium malorum est Auaritia.

Cum Venere:& Baccho lis est:sed iuncta uoluptas:
Quod lautum est animo complectere:sed fuge lites.

¶Sensus est:cum amica:& uino.i.uinoso amatore esse litem rixam: discordiam:& si uoluptas coniũcta sit. In uino.n.luxuria est:hinc paulus ad Ephesios ait. Nolite inebriari uino:in quo est luxuria: Optãda igitur lauta sunt:fugiendæq; lites:q̃ blanditia non imperio:fit dulcis uenus:ut iquit Seneca. Præterea lautum in duobus ego uetustissimis
Latũ codicibus legi:utq; Nonius edocet:lautum dicitur cõpetens:elegãs: suaue. Significat & lotum a lano.n.descendit. ¶Cũ uenere & baccho
Venus lis est. Venus hic pro amica ponitur:ut ibi in Buc. Parta meæ ueneri sunt munera:& pro muliere. apud Iuue. saty. vi. Quid.n. Venus ebria curat.i.mulier ebria.
Vinũ ¶Cum uenere & Baccho lis est. Vinũ quidem litis:& discordiæ causam inter amarores:ostendit etiã Venusinus Ode. xiii. uoluminis primi dicens. Vxor seu tibi candidos turparũt hume-
potus ros immodice mero rixæ:quocirca & Ouidius libro primo de arte ait Certa tibi a nobis dabitur mensura bibendi: Officium præstent mens
Vinũ q̃:pedesque suum. Iurgia præcipue uio stimulata caueto. Et nimium faciles ad fera bella manus. Salomon etiam in prouerbiis ait: Luxuriosa res uinum:& tumultuosa ebrietas:quicunque iis delectatur:non
Ebrietas erit sapiens. Et Horatius ad torquatum libro primo epistolarum ait.
Ebrietas Quid non ebrietas designat: operta recludit: Spes iuber esse ratas:ad prælia trudit inermem:sollicitis animis onus eximit. & Plinius libro decimoquarto. cap. xxvi. ait. De uino hominis mentem mutat:ac furorem gignit.
Venus duplex ¶Cum Venere:& Baccho lis est:sed iuncta uoluptas. Vt Plato in conuiuio de Amore inquit: Due sunt Veneres:hinc ge-
Amor duplex minus amor:una Ven⁹ ẽ antiqor:& sine matre:cœlo nata:q̃ cœlestẽ uenerem nuncupamus. Altera uero iunior ex Ioue & Dione,ꝓgenita: q̃ uulgarem:cómunemq; uocamus. Necessariũ itaq;:amorẽ ueneris

illius comitem:celestem uocari:hui⁹ uero uulgarem. Venus quidem illa cœlestis:& amor eius comes pudici sunt:exhortant̃.n.nos hone/ste amare. Venus iunior:eiusdemq́ comes Amor:impudici:iis igitur praui abiectiq́ homines amant:& corpora quidem magis:q̃ animos: Amatores
hinc prauus quilibet amator instabilis est:cum rem sequatur minime stabilem:nam quum primum corporis species:quam cupierat:deflo/rescit:abit:nihil eorum:quæ promiserat seruãs. Bonorum uero mo℞ amator per omnem uitam in amicitia perseuerat:utpote qui rem sta/bilem sectabatur:Libro autem.viii.de legibus idem Plato inquit:Se/cundum naturam ad procreationem uenere homines utantur:Absti/ Ven⁹ ad plẽ puerarii
nendum igitur ab maribus iubeo. Nam qui istis utuntur genus homi num dedita opera interficiunt in lapidem seminantes:ubi radices age re:quod seritur:nunquam poterit. Abstinendum quoq́.& ab agro il/lo fœminino:ubi semen germina nolit producere. Hæc diuini Plato nis uerba hic posui:ut rudes edocerent̃:quam uenerem sequi debe/rent:quem ue amorem. ❡Sed iuncta uoluptas.id scribit:quoniã Oui Vina
dius lib.ii.de remedio.inquit:Vina parãt animos ueneri:nisi plurima sumas:& stupeant multo corda sepulta mero:Aut nulla ebrietas:aut tanta sit:ut tibi curas:eripiat:siqua est inter utrunq́ nocet. Et Terenti/ Ebrietas
us inquit:sine cerere & Baccho friget Venus. Et Plinius libro.xiiii.de ebriis ait.præmiumq́ summum ebrietatis libido portentosa:ac iucun dum nefas. ❡Quod lautum est animo complectere &cæ.id est cupias competens elegans suaue:non iurgia:lites:dissidia:quod certe fuerit: si modice uino frueris. ❡Sed fuge lites. Recte quidem:quoniã ut Au Lis
sonius ait:Vexat amicitias:& fœdera dissociat lis. Hinc etiam alibi in Pax
quit. Litibus abstinui:non auxi non minui rem. Propertius quoq́ lib. Lis
iii.pacis amor deus est:pacem ueneremur amantes. Stant mihi cum domina prœlia dura mea. Et Ouidius lib.ii.de arte:Este procul lites: & amaræ prælia linguæ:Dulcibus est uerbis mollis alendus amor. Lite fugant nuptæq́ uiros:nuptasq́ mariti. Et libro.iii. Candida pax Pax
homines:trux decet ira feras. Salomonq́ in prouerbiis:honor est ho/ Ira
mini:qui separat se a contentionibus. ❡Sed fuge lites.ut & Socrates Socratis
ægit:quem aiunt ut Seneca libro.iii.de ira inquit:colapho percussum dictũ
nihil amplius dixisse:q̃ molestum esse:q́ nescirent homines:quando cum galea prodire deberent.

Gratior officiis:quo sis mage charior esto:

Ne nomen subeas:quod dicitur officiperdi.

❡Ordo est:& sensus:quo.i.ut sis mage:pro magis charior. esto gra/tior.i.ualde gratus officiis.i.uirtute:& actionibus:operatiõibusq́ ho/

nestis. Ne subeas. idest accipias nomen: quod dicitur officiperdi: idest
officium perdens: id qdem uulgo ab Veliternis mulieribus dr̃ opera
Offici pduta: pdensa: pdi bñ: pdi iornata: pdi tp̃o. latine ignauus: iners: ocio
perdi sus: deses: negligens appellabit. ¶ Officiis: officium est uirtutis actio
utq; Donatus inquit in Adelph dicit quasi efficium ab efficiendo: qđ
offm̃ unicuiq; personæ cõgruit. utq; Victorinus li. i. rh. ait: Officia ꝓ psonis
diuersa sunt. Aliud. n. est officium pr̃is: aliud amici: aliud oratores &c.
postea inquit: officium est: quod ex legibus uel ex natura necesse est
officia nos implere. Diogenes uero Laertius in uita Zenonis sic: officium id
esse dicunt: quod cur factum sit: probabilis ratio reddi potest. Ea uero
offm̃ officia intelligenda: quæ ratio facienda suaserit. ut parẽtes honorare:
fratresq;: ac patriam tueri: amicos parare: illisq; adesse. Præter officiũ:
offm̃ sunt quæ ratio fugienda suggesserit. ut est parẽtes negligere: fratrum
officia omittere curam: pr̃iam quoq; aspernari. &c. Ponitur etiam officiũ ꝓ
honore: ut missi sunt legatis obuiam ciues officii gratia. Et circumsta
bant senatores Cæsarem sedẽtem in aurea sella officii gratia. i. hono
offm̃ ris gratia: quo factum est etiam: ut officia significẽt beneficia siue ob
sequia: unde illud Ciceronis: Odiosum sane genus hominum est offi
cia exprobrantium: quæ meminisse debet is: in quem collata sunt: nõ
commemorare qui cõtulit. Magistratus quoq; officium dicitur: siue
quia honoris causa factus est: siue opis populo ferendæ: siue ius suum
cuiq; & qđ cuiq; debet reddat. Ceteræ ẽt artes: q̃ mõ hõestæ sint: suã
actionem officium uocant: ut officium grammatici: officium medi
dici: officium architecti: &c. ¶ Gratior officiis. idest misteriis: meritis.
artibus: & uirtutibus: & probis actionibus: iis enim imbuti chariores
habentur: unde Cyrus apud Xenophontem li. vii. ait: Ego uos quoq;
consideratus intuebor: & quoscũq; uidero honestis rebus: bonisq; stu
hõesti dere: hos quidem honorib⁹ prosequar. Et lib. viii. eiusdem Cyrus idẽ
lege cauit: ut bonis operibus ad honoratissimam consessum ascende
hõesti retur. ¶ Gratior officiis: &c. Id Cato præcipit: quoniam ut Cicero li.
i. de oratore inquit: Iustus ac honestus labor honoribus: præmiis: splẽ
Vitia dore decoratur: uitia autem hominum: atq; fraudes damnis: uinculis:
ignominiis: uerberibus exiliis: morte: mulctantur. ¶ Gratior officiis.
Eos enim uiros suspiciunt inquit Tullius lib. ii. offi. maximisq; efferũt
probi laudibus in quibus existimant se excellentes quasdam: & singulares
uirtutes perspicere. Despiciunt autem eos: & contemnunt: in quibus
ĩprobi nihil uirtutis: nihil animi: nihil neruorum putent. & philosophus ait.
Nec dignus erit honore: si prauus sit: cum honor præmium sit uirtu
studio tis: ac bonis hominibus tribuatur. Idem philosophus lib. viii. Ethico
sus rum. sic. Studiosus enim homo iucundus est simul atq; utilis. ¶ Gra

tior officiis:&cæte.Nihil est enim ut Cicero in lælio scribit:amabilius uirtute:nihil quod magis alliciat homines ad diligendum:qppe cum propter uirtutem:& probitatem. eos etiam:quos nunquam uidim⁹ quodam modo diligamus. Et Plato lib.x.de legibus ait: qui delitiis negligentiæ:ocioq; deditus est:quem Hesiodus ignauis maximi est fucis similem dicit:non ne odio nobis habetur? Gratior officiis. Officium:& uirtus ipsa:q̃ charos redebat homines:Plato ostendit: quũ siquidem Dionysii tyranni iussu: & ira uenditum æginæ Anniceris Cyrenaicus uiginti minis siue triginta redemit:remisitq; athenas ad amicos:illi extemplo pecuniam Annicer idi restituendam curauerũt: quam ille omnino accipere noluit:asserens non eos solos dignos esse:quibus Plato curæ esset:itaq; recte Seneca in Medea inquit: Nunquam potest non esse uirtuti locus. & Zeno aiebat amaturum sapientem eos iuuenes:qui præ se ferant speciem indolis:ingeniumq; ad uirtutem aptissimum. ¶ Ne nomẽ subeas:quod dicitur officiperd. Operantes enim laudantur:& diliguntur:desides:ignaui:& inertes uitupe rantur:& negliguntur. unde Christus in Matthæo inquit: inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores:illic erit fletus: & stridor dentium:& phũs li.x.ethi.ait.Vita uero quædam est operatio: uita fœlix in uirtute uidetur consistere:fœlicitatis operatio est per uirtutem:Recte igitur Cato in Senectute Ciceronis ait:Nemo adhuc cõuenire me ualuit:quin fuerim occupatus:Recte etiam Plato libr.xii. de legibus scribit illa:mali:ignauiq; puniendi sunt:ut meliores: fortioresq; euadant.Optime ergo Xenophon li.vii.de pædia Cyri ait:nihil esse uirtute fructuosius:Artesq; bonorum fontes esse.Optime etiam libr.viii.dixerat:labores obsonium sunt bonis uiris.

Vir⁹
Piger
Plato uenditus
uirtus
ĩutilis
Via
Labor ignaui
Artes labor

Cum tibi sit coniunx:nec res:& fama laboret:
Vitandum ducas inimicum nomen amici.

¶ Sensus est:cum tibi sit cõiunx:nec sit tibi res.i.coeundi uis & facultas:idq; palam sit omnibus.res autem pro uenere etiam poni & Ausonius asserit dicẽs: imperium:litem.uenerem cur una notet res. Ducas idest existimes:uitandum.i.cauendum:& fugiendum inimicum nomen amici.idest ipsum amicum fictum q tibi nomine amicus est: nõ re uera:hinc facile uxori tuæ coniungeref in domo tua conuersando tecum:ut moris est plerisq;:unde Ouidi⁹ lib.i.de arte inquit.Tuta:frequensq; uia est:per amici fallere nomen:Tutus frequẽsq; licet:sit uia: crimen habet.Eodem etiã libro ait.Heu facinus non est hosti metuendus amanti. Quos credis fidos effuge:tutus eris. Cognatum fratremq; caue.fidumq; sodalem. Prebebit ueros hæc tibi turba metus.

mariti amic⁹ amatori cauẽdi

¶Inimicum nomen amici: inimicũ ait amici nomẽ: ut fictum intelligat amicũ, qd qdẽ Cicero in lælio repræhẽdit: dicẽs. In amicitia autẽ nihil fictũ: nihil simulatũ: & qcqd est: idẽ ueræ: & uolũtariũ est. ¶Amici: uti phũs li. viii. ethi. ait: Mutuã beniuolentiã amicitiã esse dñt. & lib. ix. inqt. Amicus. n. est alius ipse. & Zeno interrogatus: quis eẽt amic⁹: Alter inqt ego. Aristoteles aũt rogatus: qd sit amicus: una inqt aĩa in duobus corporibus: unde apud Ouidiũ lib. iii. metha. Optime Narcissus ait: Nunc duo concordes anima moriemur in una. ¶Vitandũ ducas inimicũ nomen amici. Hoc maxime inqt Cato: qm̃ ut Ouidi⁹ ait: lib. ii. de arte: Cogis adulterium dando tempusq; locũq;: quo nisi cõsilio est usa puella tuo? Et li. iii. eiusdem opis: uti sanctissimus edocet: nupta uiræ timeat: rata sit custodia nuptæ: hoc decet: hoc leges: iusq;: pudorq; iubẽt. ¶Vitandũ ducas. &c. Ad euitandũ adulterium id consulit auctor: Adulterium nãq; ẽ alieni tori uiolatio: uel ꝓprii deturpatio: ut Hostiẽsis ait: qd qdem effugiendum esse: & Proptius li. ii. ostendit his uersibus. Et quas euphrates: & quas mihi misit Orantes: me capiãt nolim furta pudica tori. Scribunt & illa Leuitici capue. xxii. Siqs mœchatus fuerit cum uxore alterius: & adulterium perpetrarunt cum cõiuge ꝓximi sui: morte moriat: & mœchus: & adultera. & Thalis phs ꝓ cõtanti adultero: an iuraret: se mĩme adulterasse: nõ est ait periurium adulterio deterius. Lactantius item lib v. c. viii. sic. Non essent adulteria: & mulieræ ꝓstitutiones: & stupra: si esset notum oĩbus: damnari a deo: hæc ille. Sed utinam christiani: uelut & palæstini q̃tum adulterii crimen sit intelligeremus: nullo. n. pacto id subiretur: legitur qdem in Genesi: capite. xxvi. sic: ꝓspiciens. Abimelech rex Palæstinoræ: ꝑ fenestrã uidit Isaac uocantẽ cũ Rhebecca uxore sua: & accersito eo ait: perspicuum est: ꝙ uxor tua sit: cur mentitus es: eam sororem tuã esse? Respondit: timui ne morerer pp eã: dixitq; Abimelech: quare imposuisti nobis? potuit coire quispiam de populo cũ uxore tua: & ĩduxeras sup nos grande pct̃m. Sed quare adulterii uiris odio sint: illisq; sæpe occidant: Xenophon agit li. iii. Armeni⁹. n. rex Cyro inqt: o Cyre: neq; hi: qui suis cũ uxorib⁹ adulteros cõphendũt: ob hãc causam eos interficiunt: ꝙ illas reddant impudicas: sed qa ipos existimant ab eis auferre charitatem erga uiros: itaq; iis: ut hostibus utuntur.

FINIS.

¶Impressum Venetiis per Ioannem Tacuinum de Tridino. Anno Domini. M.D.VII. Die. V. Augusti. Regnante Serenissi. Principe Leonardo Lauredano.

amicitiæ comites
amicitia
amic⁹
locus
nupta
Adulteriũ
nupta
Adulter
Adulterius
Abimelech
Isaac
Rhebecha
Adulterii